Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nec sancte scripture veritate posce
tibus denegabo. Alius prologus.
Iacobus. petrus. iohes. iudas. vii.
epl'as ediderunt. tam misticas
quã succinctas. breues pariter
et longas: breues in uerbis. longas
in sententiis: ut rarus sit non in ea
lectione cecutiat. Alius prolog'.
Iacobus apl's. sciam instruit clerũ
de cultura celestiũ preceptorum. et
regula katholice obseruancie:
et de inuicte potestatis maiestate.
et de reuelatione plurimorum: et de mandato ma
gistrorum. Iacobi Prima.
Iacobus dei. et dñi nr̃i ihu xp̃i ser
uus. xii. tribubus que sunt in dis
persione. salute. Omne gaudi
um existimate fr̃es mei. cũ in
temptationes uarias incideritis:
scientes qđ probatio fidei ur̃e pa
tientiam operatur. Paciã aũt
perfectum opus habet: ut sitis perfecti
et integri in nullo deficientes. Siqui
aũt ur̃m indiget sapia: postulet
a deo qui dat omnibus affluenter. et
non improperat. et dabitur ei. Postulet
aũt in fide nichil hesitans. Qui eñ
hesitat: similis ẽ fluctui maris. qui
a uento mouetur et circũfertur. Non
ergo estimet homo ille qđ accipiat
aliqđ a dño. Vir duplex aĩo. incon
stans ẽ in omnibus uiis suis. Glori
etur aũt frater humilis in exaltatione
sua. diues ũo in humilitate sua: quõ
sicut flos feni transibit. Exortus ẽ
eñ sol cum ardore. et arefecit fenũ. et
flos eius decidit. et decor uultus eiũ
deperiit: ita et diues in itineribus suis
marcescet. Beatus uir qui suffert
temptatione: quõ cum probatus fuerit
accipiet coronã uite: quam repromisit
deus diligentibus se. Nemo cum
temptatur dicat. quõ a deo temptetur.
Ds̃ enim intemptator malorum ẽ. Ipse
eñ neminẽ temptat. Vnusquisque
ũo temptatur a concupiscẽcia sua ab
stractus et illectus. Deinde concupis
centia cum conceperit: parit peccatũ.
Peccm̃ ũo cum consummatum fuerit:
generat mortẽ. Nolite itaque errare
fr̃es mei dilectissimi. Omne datum
optimũ. et omne donum perfcm̃ desur
sum ẽ descendens a patre luminũ:
apud quẽ non ẽ transmutatio. nec
uicissitudinis obumbratio. Volũ
tarie genuit nos ũbo ueritatis: ut
simus initium aliqđ creature eius.
Scitis fr̃es mei dilectissimi. Sit aũt
omis homo uelox ad audiendũ. tar
dus aũt ad loquendũ: et tardus ad
iram. Ira eñ uiri iusticiã dei non
operatur. Propter qđ abicientes omne
inmundiciam. et habundanciã malicie:
in mansuetudine suscipite insitum
ũbum. qđ potest saluare aĩas ur̃as.
Estote aũt factores ũbi. et nõ auditores
tantũ. fallentes uosmetipos: quia
siquis auditor ẽ uerbi et non factor:
hic comparabitur uiro consideranti uul
tum natiuitatis sue in speculo. Con
siderauit eñ se et abiit: et statim ob
litus ẽ qualis fuit. Qui autẽ per
spexerit in lege perfecte libertatis. et per
manserit in ea. non auditor obliuio
sus fc̃us. sed factor operis: hic beatus in facto
suo erit. Siquis aũt putat se reli
giosum ee. non refrenans linguam
suam. sed seducens cor suum: huius
uana ẽ religio. Religio munda
et inmaculata apud dm̃ et patrẽm hec ẽ:
uisitare pupillos et uiduas in tribu
latione eorum: et inmaculatum se